

- Chrysoleme sive Argyrocome gnaphaloides Africana fl. amplissimis. *Id. ibid.*
- — — Africana Ericoides fl. albo. * Ead. fl. sulphureo. *Id. ibid.*
- Cichoreum fl. lacteo. Non raro plurimum in Marchia Brand. locis. Ead. fl. dilute purpureis. *Ibid.*
- Spinosum Creticum. Quondam copiosum fuit in Horto Medico Patavino.
- Cicuta altissima foetidissima. Caulis instar arundinis crassus, maculis aspersus est ut serpentaria, altitudinem viri saepius superat, in Gutlandia Insulis prope Fünen, Friderichsödden &c.
- Cicutaria Cassubica Thysselini fol. Jac. Breyn. l. c.
- Cipotinga ape Bras. Th. Bras. p. 401. Species est Gosspii. *vid. Index.*
- Circaea foianifolia minor cauliculis rubris, lucculentis, fragilibus. In paludosis circa Füneam Insulam Gutlandiae ad caudices arborum Alnorum copiosissime visa est. Species est Circaea minima F. Columnae, quam etiam in paludosis Borussiae reperi.
- Clematis Africana siliquosa tetraphyllos. Jac. Breyn. l. c. Clinopodium minimum unius unciae in Marchia Brand. locis siccioribus.
- Cneoron Creticum, Thymelaeae species. In Horto Patavino quondam monstrabatur.
- Colutea Aethiopica fl. phoeniceo fol. barbæ Jovis. * — æ similis frutex Indicus fol. majore, Jac. Breyn. l. c.
- Conyza maritima frutescens Hispanica. Hæc in maritimis circa Alicandiam, caulibus lignosis, ceterum omnibus partibus Conyzae palustri persimilis observatur. * — odora suaveolens circa Bononiam.
- Convolvulus heptaphyllus Indicus villosus. Jac. Br. l. c. Corallina nigra chamæ-conchis innata. In Ins. Elba. Corallii nigri genus Acarbarium anguinum. Rumphius in Ambona.
- Coridi similis planta fl. albo Cap. Bonæ Spei. Jac. Br. l. c. Cornus femina s. Virga sanguinea. Plin. fol. variegatis. *Id.*
- Cortusa Americana altera flor. minutim fimbriatis. Flosculi albi capillacei vix conspiciuntur. Sem. in capsulis rotundis nigrum, splendidumq; continetur. Ex Horto Medico Leidensi habemus. Iconem paulo expressius adjunximus, cum vix apud aliquem extet. *vid. Tab. 10.*
- Coronopus repens Ruellii uncialis. Circa montem Badernum Bononiae crescit.
- Cortex arb. Indiae Allisapore & odore. Quondam à Clar. Fafone mihi dono datus. Cortex Onimius sive Massoy è Nova Guinea Rumphius. Hoc incole corpus illiniunt contra frigus.
- Cristagalli montana exigua. flor. magnis. In Alpibus Tyrolensibus. Flores lutei, magni, galericulati. Hujus species plures dantur in Italia inter Appennina juga, magnitudine, florumque varietate discrepantes.
- Curupaimiri. Bras. Th. Bras. p. 415. est Genista spec. *vid. Ind.*
- D**elphinium sive Calcatrippa fl. caeruleo, formâ Delphini. Siccatam herbulam accepi à Pharmacopœo Veneto Job. Maria Zuani Botanico insigni, qui eam in Alpibus circa Venetias collegit. Flores calcari prælongo sursum erecto, cæteraq; florum partes Delphinium præsentant.
- Dentaria Buguloides radice globosa, squamulis myodontoideis Alpina. Elegans, non sine sordore & periculo mihi parva hæc herbula, quod describi nimis prolixum foret. Collegi eam Anno 1654. mense Maio in Alpium quodam excelsissimo & prærupto jugo, dimidium milliare germanicum ab Oppido Mittenwalde dicto, mediâ viâ inter Insprug & München, (ubi fluvius Iser dictus exoritur & in Danubium præcepit ruit) distante; sed Oppido propter altitudinem quasi incumbente. Mediâ nocte surgens ex diversorio me contuli ad montem nemine comitatus, totumq; diem prius ascendendo insumpsi, quam ad summum pervenissem. Hic circumspiciens reliquorum Alpium cacamina nivibus tecta cernebam, Damas hinc inde salientes, caprarum instar voces exiles edentes, oppidum sub pedibus meis vix cognoscens, nubes fulguribus, tonitribus immixtas infra me præterentes despiciebam, quod phenomenon alias mihi pluries apparuit. Hic inter scopuli collapsi fragmenta, liquefactâ nive mendacia confertim, tanquam essent satæ, Dentaria dicta mihi arridebant. Altitudine sua & foliorum herbula Bugulam luteam mentitur, at radix dentaria est, globosa, squamulis tanq. denticulis murium alabastrinis circumcirca referta, unde radicem myodontoideam vocavi. Ex hac cauliculus nunc unguis nunc plures & in ramulos divisi exsurgunt, quadrati, ad singula internodia foliola chamædrios bina sibi opposita sustinentes; ex horum alii flosculi erumpunt aurei, oblongi calicibus in quinque, foliola divisiss, florum euphrasie formâ; eos sequuntur pericarpia rotunda, in quibus semen tunc temporis observare non licuit. Species est Euphrasie luteae Alpinæ, rad. squamata C. B. in Prodr. item Anonymæ. F. Columnæ rad. dentata: sed descriptiones, quoad radicem, cum mea non conveniunt. Hæc itinere arduo multa mihi nec visa prius nec audita se mihi obtulerunt vegetabilia. v. g. Orobanche rad. coralloide ruberrima: Ophrys minima fl. purp. croceo, & plura alia, quorum oblitus sum, *vid. Tab. 9.*
- Draba saxatilis minor. Uncialis est, quandoq; duarum unciarum, flosculi lutei. In saxis Alp. & App.
- Dracocephalon Americanum, Jac. Breyn. l. c.